Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



233

postquam uero gustauit de arbore ipsi licita statim mortuus est. ⁊
Denique dicit eidem. ⁊ Ipsi quacumque die gustaueris mortem morieris.
Melius habet in hebreo. ⁊ Uos autem sicut adam moriemini. sicut
ille erectus est de paradiso sic et nos erectisumus. ⁊ Et sicut unus
de principibus cadetis. ⁊ Quum dixerunt filii excelsi omnes. ⁊
Non potest filius esse excelsi nisi ipse excelsus fuerit. ⁊ Ego
dixi uti omnes uos excelsi estis. uti ego excelsius sum. ⁊ Uos uero
sicut unus de principibus cadetis. ⁊ Quum excelsi eremus. propter
ea cecidisse dicimur. ⁊ Ubi supra qui dicunt diabolum ma
lum esse factum. ⁊ Ubi supra qui dicunt malam naturam
ab eo creatam. secundum hebreum hic duo dicunt. ⁊
Uos autem sicut adam moriemini sicut pater uester. noluit audire prae
ceptum domini et cecidit. tra et uos moriemini. ⁊ Ergo illud de
adam dictum est. hoc uero quod sequitur. Et sicut unus de prin
cipibus cadetis. ⁊ Quis est iste unus de principibus qui cecidit.
Si uoluerit dicere de adam. iam in superioribus uersiculis
dictum est. ⁊ Uos autem sicut adam moriemini. simul
que uidetur significata uanitas uerbi. ⁊ Uos autem sicut adam
moriemini. Quum adam mortuus est. et uos morimur. ⁊
Diabolus uero qui princeps fuit et cecidit. non mortuus est. ⁊
Neque enim potest angelica dignitas mortem recipere.
sed tartarum ruinam. ⁊ Idcirco dixit sicut unus de prin
cipibus cadetis. ⁊ Quomodo cecidit lucifer quimane oriebatur.
Ecce et hic cecidit. et ibi cecidit. ⁊ Propterea cecidit. quia
semper in celestibus uersatur. ⁊ Iste est cui dicitur in eze
chiel. ⁊ Tu es signaculum similitudinis. ⁊ Uide et
quid dicit. ⁊ signaculum similitudinis. non dixit tu es signaculum si
militudinis. sed signaculum similitudinis. ⁊ Signauerat eum
et similem sibi fecerat. ⁊ Tu uero postea re signasti te ad si
militudinem dei. et tu conditus es. ⁊ Denique dicitur in ipsa pro
phetia. ⁊ In medio cherubin nutritus es. inter lapides iaspides
et carbunculi fuisti in paradiso dei. et cecidisti in quid et amonte dei uul
neratus es. ⁊ Iste princeps tyrii eo tempore quo cecidit. ⁊
Siquidem tyrus lingua hebraea dicitur sor. hoc est regnabula
tio. ⁊ Ergo iste princeps quippe moratur in celo. nunc saltus est